Quelle: https://manuscripta.at/?ID=875
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ad aliam subam in eo quod substantia sit. nulla differentia dis
gregari. Id substantie proprietates requirit. ut quasi impresso ere
aliquo signo sic proprietate nota facilius quid substantia sit. in
uenire atq; expedire possimus. atq; h id in accidentibus fecit.
Nam et quantitatis & qualitatis. & ad aliquid relationis propa
collegit. & id magna apud aristotilem cura diligentiaq; conspi
citur. Videsne ut se se .v. harum rerum. uis in cathegorias
interserat. et predicamentorum uirtutibus inseparabiliter
colligetur. Non mendax igitur porphirius de hac .v. harum
rerum nobis in cathegorias utilitate promisit. Diffinitionis
uero disciplinam supius diximus preter genera. species diffe
rentias. & propria non posse tractari. Sed quoniam sunt qd
genera que genus habere non possunt ut est substantia. ut alia
que aristotiles in predicamentis constituit. Dicat quis ad hec
horum cognitionem nichil omnino prodesse. quod non sit
in his agenere trahenda. diffinitio in quibus genus inuenirī
non possit. Quod si qua res genus non haberet. species non
esset. Hoc ita posito ad generalissimorum generum diffinitionem
nichil genera et species utilitatis habere. ridicula mi hercule
atq; absurda propositio. Preter scientiam u. generum specierū
q; magis genera illa generalissima cognoscere qui potis ē cū h
sola generum specierumq; cognitio si amissa sit. nichil de ge
neribus speciebusq; noscatur. In illis igitur inquibus genus a
liud superius inuenirī non potest. nullus unquam terminus
abtabitur. Et in ipsius diffinitionis genera speciesq; cessabunt
y sole differentie propriaq; illius terminum diffinitionis in
formant. Cum .y. id quod dicis ab aliis rebus omnibus. ad un
ctis differentis segregaueris. y proprius in pressis formam eius
figuramq; monstrauerit. genus quod inuenire non poteris
per quirere non labores. Sed frustra in his species & genera
inquiruntur inquibus qd ipa generalissima sunt genera. genī
inuenirī non queat. Porro autem in his quorum genus est
aliqd nisi agenere diffinitio ducatur. finis enī diffinitionis